

eriam in procuratore Regio, vel fiscali, qui ratione & necessitate officij compulsus aliquem accusat, accusationem suam non probante.

Super l. 3. tit. 4. lib. 3. Nou. Coll. Reg.

XXII. Hora non apposta in executione, iuxta l. Regiam, an semper & indistincte sit nulla executio, ita ut decima non debeat.

Super l. 1. tit. 6. lib. 3. Nou. Coll. Reg.

XXIII. Statuta & ordinationes civitatis, vel villa, an debeant prius confirmari à Regia Maestrate, quam observentur, & iuxta eas iudicentur.

Super l. 1. tit. 1. lib. 3. Nou. Coll. Reg.

XXIV. Prior & Consules Burgens. quibus per hanc l. conceditur iurisdicchio cognoscendi in causis mercatorum, de quibus ibi, an eam habeant accumulativè, vel privativè cum iudicibus ordinariis eiusdem civitatis.

XXV. Utrum Prior, & Consules Burg. possint exequi sententias, que in rem iudicatam transierint, vel ordinarij debeant eas, exequi.

Super l. 5. tit. 1. lib. 4. Nou. Coll. Reg.

XXVI. Utrum semper & indistincte causa decimales, & alia spirituales tractande sint apud iudicem Ecclesiasticum.

Super l. 6. tit. 1. lib. 4. Nou. Coll. Reg.

XXVII. Ecclesia, Cappellania, Monasterium, vel Hospitaliale, vel rectoribus temporalibus fundata, vel fundatum cum consensu, approbatione, vel confirmatione ordinarij Ecclesiastici loci, utrum possit convenire debitores redimendi laicos coram iudice ordinario Ecclesiastico loci, absque incursu pena d. l. Regia.

XXVIII. Quando dubitatur de viribus, & valore privilegij vel de intellectu verborum ipsius, quis iudex sit competens, & adiri debeat.

Super l. 10. eiusdem tit. lib. 3. Nou. Coll. Reg.

XXIX. Utrum laici pauper convenientes defuncti heredem, vel testamentarium laicum coram iudice Ecclesiastico, pro legato pio sibi relicto in testamento pro alimentis, vel puella pauperi pro dote sibi in testamento relicta, incidat in penam pred. legis.

XXX. Utrum pena d. l. Regia incuratur per solam citationem laici coram iudice Ecclesiastico factam absque liti contestatione, si ante eam pueniat actorum.

Super l. 15. tit. 1. lib. 4. Nou. Coll. Reg.

XXXI. Utrum pred. l. Regia tollat tantum consuetudinem prateritam vel etiam futuram.

Super l. 2. tit. 7. lib. 4. Nou. Coll. Reg.

XXXII. Utrum minor non responderi possit iuxta formam huius legis, restitui possit auctoris eius penam.

Super l. 3. tit. 8. lib. 4. Nou. Coll. Reg.

XXXIII. Restitutio in integrum adversus omissionem probationem ad hoc ut concedenda sit, an debeat esse aliquod probatum, vel non?

Super l. 3. tit. 10. lib. 4. Nou. Coll. Reg.

XXXIV. Minor in absentia definitur condemnatum, an possit post annum per restitutionem in integrum admitti ad se purgandum & defendendum ad recuperanda bona.

Super l. 6. tit. 15. lib. 4. Nou. Coll. Reg.

XXXV. Decem anni, quibus prescribitur via executiva, à quo tempore incipiant in cautione privata recognita.

XXXVI. An prescriptio iure exequendi possit peti recognitio instrumenti & debiti in eo contenti, & an ea facta exequi debeat virtute recognitionis & confessionis clara in iudicio facta necne.

Super l. 2. tit. 17. lib. 4. Nou. Coll. Reg.

XXXVII. Utrum terminus sexaginta dierum, intra quem potest agi iure Regio de nullitate sententiae, incipiat currere statim à tempore pronuntiationis ipsius, vel à tempore intimacionis eiusdem partibus factae.

Super l. 2. cum seqq. tit. 20. lib. 4. Nou. Coll. Reg.

XXXVIII. Secunda supplicatio à sententia lata in Consilio supremo, an locum habeat, quoties causa primo cepta fuit coram inferiore, & ipse recusatus protulit sententiam in ea, à qua appellatum fuit ad supremum Consilium, & in eo fuerunt annullata orania, facta coram iudice à quo & causa retenta, & postea dualibus sententiis diffinitis conformibus decisa contra appellentem.

Super tit. 2. de las executiones, lib. 4. Nou. Coll. Reg.

XXXIX. Utrum via ordinaria prius intentata praeiudicet via executiva pro eodem competenti.

DN. IOANNIS



DN. IOANNIS  
GVTIERREZ,  
HISPANI,

IVRISCONSULTI CELEBERRIMI ALMÆ  
Ecclesiæ Civitatis, Canonici Doctoralis,  
& Aduocari Placentini,

PRACTICARVM QVÆSTIONVM CIRCA  
Leges Regias Hispania, super Prima Parte Legum Noua  
Collectionis Regia:

LIBER TERTIVS.

SVMMARIVM.

- 1 Delinquens in Ecclesia spe gaudendi immunitate ipsius, ea non gaudet: & an ante omnia debeat probari hac qualitas, ad hoc, ut huiusmodi delinquens prius predicta immunitate, n. 2. & per totam questionem.
- 2 Delinquens, quantumcumque gravissimum delictum commiserit, regulariter gaudere debet immunitate Ecclesiastica, nisi in casibus iure expressis.
- 3 Lex vel statutum quando se fundat in aliqua qualitate debet ante omnia de illa constare.
- 4 Ad iudicem Ecclesiasticum spectat cognoscere, an delinquens existens in Ecclesia debeat gaudere eius immunitate, necne.
- 5 Delinquere non presumitur quis in Ecclesia spe gaudendi immunitate ipsius, & propterea admittitur ab Ecclesia nisi contrarium probetur.
- 6 Delinquens in Ecclesia, indistincte ab ea extrahendus est, iuxta opinionem Abbatis & sequacium: Sed contrarium est verius & tenendum in praxi, nempe ut tunc demum huiusmodi delinquens immunitate Ecclesiastica non gaudeat, quando spe vel animo quod ab ea defendatur, in Ecclesia vel camerio deliquit, ut in mon. 8.
- 7 Lex vel alia qualibet dispositio fundans se duplici ratione, etiam si altera cesset, sustinetur.
- 8 Cap. fin. de immuni. Eccles. intellectus.
- 9 Sola principalis causa est consideranda, ut cesset vel non cesset effectus, non autem accessoria.
- 10 Quando omnia causa simul considerantur, cessatio unius facit cessare effectum.
- 11 Laicus in Ecclesia delinquens potest à iudice seculari puniri, imo ipse est iudex competens huius delicti, non vero iudex Ecclesiasticus.
- 12 Iudex Ecclesiasticus potest procedere adversus delinquentem in Ecclesia quoad penam sacrilegij, 15 Delinquens prope Ecclesiam ex proposito ita delibere, ut conicelari possit cum spe immunitatis ibi deliquisse, non gaudet immunitate Ecclesiastica: in dubio tamen hoc non presumitur, nisi id probetur, ut in n. 16.
- 13 Delinquens in Ecclesia spe gaudendi immunitate ipsius, non solum occidendo vel percutiendo, sed etiam alias graviter delinquendo, ea non gaudet.
- 14 Delinquens in Ecclesia, an non solum prius immunitate ipsius quoad illud delictum, quod in Ecclesia commisit, sed etiam quoad alia, que extra Ecclesiam postea commiserit.
- 15 Existens in loco immunitatis, si inde percussit enormiter existentem extra Ecclesiam non gaudet eius immunitate, nisi probet id se animo gaudendi non fecisse.
- 16 Existens in uno territorio, si percussit existentem in alio territorio, potest ratione huius delicti in utroque loco comeniri.
- 17 Existens in uno territorio, percussit, vel occidens existentem in alio sagitta emissâ vel exoneratione archibus, potest puniri in utroque territorio, & inter iudices utriusque territorij erit locus preventionis.
- 18 Portans aliquem de platea extra eam, & ibi eum percussit, non punitur tanquam delinquens in platea.
- 19 Existens in loco profano, & inde percussit existentem in Ecclesia sagitta iaculo vel sclopo, an immunitate Ecclesiastica gaudeat, & n. 18. cum seqq.
- 20 Villa que reneatur ad emendationem damni, quando vnus fuit captus & ligatus super equo in vna villa, & in alia fuit depredata, & numeris sequentibus.
- 21 In fauorem rei attenditur finis vel principium, quod magis ipsi fauet.

- 26 Puella capta in uno territorio & in alio cognita, an in utroque possit puniri delinquens.
- 27 Vendito fundo per nuntium vel epistolam existenti Bononia, ibidem consentienti, Bononia est vere contrahens, & ibi potest agi.
- 28 Destructo fundamento corrui edificium.
- 30 Violans Ecclesiam non gaudet eius immunitate, & num. 31.
- 31 Violans immunitatem Ecclesia dicitur sacrilegus.
- 32 Sacrilegus non gaudet immunitate Ecclesia.
- 34 Existens in Ecclesia ob delictum, & exiens ab ea ad committendum aliud delictum quod commisit extra eam, quod tamen non est de priuantiu immunitate Ecclesia, non debet ab ea extrahi.
- 35 Quod limitatur si animo & spe gaudendi immunitate Ecclesia id fecerit, idque presumitur si ibi prope Ecclesiam vel cæmeterium delinquat, ita ut statim se possit secure in Ecclesiam reducere & recipere.
- 36 Motu proprii Gregor. XIV. de immunitate Ecclesiastica loquentis, & in quib. casibus locum non habeat licentia referens, & intellect. literalis, & proprius assignatur.

QVÆSTIO I.

In l. 3. tit. 2. lib. 1. Nouæ Collection. Reg.

Delinquens in Ecclesia spe gaudendi immunitate ipsius, an ad hoc, vt non gaudeat prædicta immunitate, debeat probari hæc qualitas, nec ne?

**Q**UÆSTIO PRIMO circa hanc l. dum decidit, *Que la Iglesia no defende a hombre, que quebrantare la Iglesia o su cimiterio, matando, o hirviendo en ella, por pensar que sera defendido por la Iglesia. An þ ad hoc, vt huiusmodi delinquens priuatur immunitate Ecclesie, debeat probari an omnia hæc qualitas, nempe, que comitio delicto, spe immunitatis Ecclesie: vel an hoc presumatur statim, quod in Ecclesia deliquit nisi contrarium probetur: Et videtur primo necessario illam qualitate esse ante omnia probandam, priusquam ab Ecclesia extrahatur. Delinquens þ namque, quantumcumque grauissimum delictum commiserit, regulariter gaudet immunitate Ecclesiastica, nisi in casibus à iure expressis, vt in c. inter alia, de immunitate Eccles. ibi, Quantumcumque grauius maleficia perpetraverit, & ibi Abb. n. 24. l. 2. ibi: Por mal que ouiesse fecho. tit. 1. par. 1. Alex. cons. 154. lib. 7. Remig. de Goni. de immun. Eccles. reg. 1. Est immunitas, quicquid nonnulli teneant, secundum Couar. lib. 2. variarum resol. c. 20. n. 6. in fin. & Iulium Clarum in præf. criminali, §. fin. quæst. 30. in vers. quero nunquid, & nos supra l. 1. præf. quæstionum, q. 1. n. 7. & quæst. 2. num. 5. & notissimè Azeved. in præf. n. 16. & 18. At quamuis hic, de quo agimus, sit casus exceptus à iure Canonico & Regio, in quo delinquens, quia in Ecclesia deliquit gaudere non debet eius immunitate, sed ab ea inuitus extrahendus est: hoc tamen eo grano salis conditur, nempe, Quando lo haze por pensar que sera defendido por la Iglesia: vt in hac nostra lege in verbis supra relatis, insuper & in l. 4. tit. 1. par. 1. in illis verbis: E los que matan o fieren en la Iglesia, o en el cimiterio, en su vida, o en su muerte, en ella: & in c. si de immun. Eccles. ibi. Nonnulli, impunitatem suorum excessuum per defensionem Ecclesia obtinere sperantes, homicidia & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesia vel earum cæmeteriis committere non verentur, que nisi per Ecclesiam ad quam fugerint, crederent se defendi,*

nullatenus fuerant commissuri, & infra.

Sed þ quando lex vel statutum se fundat in aliqua qualitate, ante omnia oportet de ea constare, vt in l. non ignorat, c. qui accusat. non poss. relatis per D. Ant. Gom. qui haze doctrinam indicat in 3. tom. cap. 1. de delict. n. 44. & c. 9. de captiv. ror. n. 1. Et vbiunque quis agit ex statuto, debet probare omnes qualitates intentati statuti ad vnguem & copulatiue obseruasse, alias succumbet, Bar. in l. 1. §. quod autem ait prætor, ff. ne quid in flumine publ. sequitur plures referens Francif. Beccius, cons. 12. n. 14. Idem Beccius cons. 53. n. 9. vbi quod quis vult vii beneficio legis vel statuti debet probare qualitates legis vel statuti, secundum Bar. vbi supra, & alios quos citat: Ergo ad hoc, vt delinquens in Ecclesia possit inuitus ab ea extrahi, debet prius constare, quod spe & fiducia gaudendi immunitate Ecclesie fisco illud crimen in Ecclesia vel cæmeterio commisit, cum hæc videatur qualitas qua prædicta iura fundantur ad priuandum eum immunitate Ecclesiastica & can. finalis, quandoquidem in præmio & præfatione d. c. assignatur, iuxta l. si cum similib. de hered. instit. Imo videtur, quod hoc necdum iudici seculari cum extrahere volenti, sed etiam Ecclesiastico constare debeat, ac ipse proinde declare, delinquentem homini immunitate Ecclesie minime gaudere, ad hoc vt licite ab ea extrahi possit: cum ad iudicem Ecclesiasticum spectet cognoscere, an delinquens existens in Ecclesia, debeat gaudere immunitate ipsius necne: vt quotidie videmus in praxi obseruari. Et testis est etiam Azeved. hic n. 20. post Iulium Clar. ab eo relatum: & de iure probat D. Cou. lib. 2. variar. resol. c. 20. n. 17. in prim. & in præf. q. 33. n. 1. Etque communis opinio vt alio referens testatur Azevedo, vbi supra. Et þ in terminis, quod non presumatur quis delinquere in Ecclesia spe immunitatis Ecclesie, & propterea admittatur ab Ecclesia, nisi contrarium constet, tenet cum Host. & Card. in d. c. fin. Andr. Alciat. in reg. 3. præsum. 33. in d. c. fin. Contrarium tamen omnino probat Abb. in d. c. fin. de immun. Eccles. in fortiorib. terminis, nempe þ non solum, quando non constat deliquisse in Ecclesia vel cæmeterio, illo animo & spe gaudendi immunitate Ecclesiastica; quo casu loquimur, & est nostra quæstio principalis: sed etiam si delinquens in Ecclesia non deliquerit ibi eo animo, vt defenderetur ab Ecclesia, quia nihilominus extrahendus erit ab ea, quia tex. in d. c. si fundatur duab. rationib. quæ satis militat in hac specie: prima, quia in eo debet quis puniri in quo deliquit. Item quia frustra quis auxilium inuocat legis, qui committit in legem. Prima autem ratio, de qua in principio e potius fuit impulsua quam finalis, & etiam si fuisset finalis, ex quo tamen subsunt alie finales, & illarum quilibet per se sufficit, cessante vna non cessat legis dispositio, vt in §. affirmatiu. Inst. cum similib. Et hanc opin. Abb. sequitur & dicit verissimam D. Cou. d. c. 20. n. 15. vers. 22. & seruandam secund. Stephanum Austr. in decis. Capelle Tolosane. 422. & obseruari apud se testatur Iul. Clar. d. §. 30. vers. Item quero circa fin. dicens quod semper vidit obseruari indistincte, quod in Ecclesia deliquit, reputatur indignus, vt eius immunitate se defendat, & sequitur Nauar. in Man. c. 25. n. 20. quia est in praxi recepta, secundum Steph. Austr. vbi sup. Inquit tamen quod Lusitania non seruat, quia eius leges ita distincte videntur lib. 2. ordin. tit. 41. Eandem opin. Abb. dicit, videri probabiliorem de iure & magis sustentabilem in disputando Ioa. de Biccis in præf.

tract. de immun. Eccles. n. 30. & alios huius opinionis auctores refert Remig. de Goni, de immun. Eccles. in 3. fallen. ampl. 1. n. 3. vbi credit eam esse vtiorem.

**H**is tamen omnibus non obstantibus vera & tenenda resolutio est in iure & in praxi, quod delinquens in Ecclesia vel cæmeterio, spe vel animo, quod ab ea defenditur, minime gaudeat immunitate ipsius, vt inquit nostra lex & d. l. 4. tit. 1. p. 1. & c. fin. de immun. Eccles. Et ita passim omnes conueniunt in hac causæ rationib. in d. c. si contentis. Non tamen necessarium est, quod constet de prædicto animo & fiducia, sed probato delicto in Ecclesia commisso, eo ipso præsumitur dictus animus atque spes, quia delinquens in Ecclesia ea fiducia deliquisse videtur in dubio, ac proinde, si aliud in cõtinenti non probetur in contrarium, nempe quod ex verbis nouiter ortis homicidium sequuta fuit, extrahi poterit ab Ecclesia (si tamè delicti qualitas id exposcat, vt infra dicemus): Ita Host. in d. c. si de immun. Eccles. sequitur & dicit verius Syluest. in summa, verb. Immunitas, 3. vers. secundo queritur. Et ab hac opinione Hostiens. in iudicando non est recedendum, quæ suffulsa est omnium opinione Doctorum, vt ex Ioanne Biccis, refert Remigius vbi supra d. ampliat. 1. n. 3. qui n. 4. testatur hanc opinionem esse communem: sequitur etiam Greg. Lop. in d. l. 4. in cl. Ensur. andose. Et hanc dicit esse communem Abb. in d. c. si. licet ipse, vt diximus tenet contra eam: Idem fatetur Iul. Clar. vbi supra, nempe quod prædicta opinio Hostiens. est communis, licet apud se non possit in practica obtinere: Idem fatetur Nauar. vbi supra, licet contrarium in praxi tenendum esse dicat, præterquam in Lusitania. Sed cum communem sequitur & proficitur Villalob. in suo arario commun. opin. l. 1. n. 19. & bene probat & defendit Azeu. in præf. n. 25. & 26. aduersus Abb. & Cou. vbi supra, aduertens, quod vt præd. præsumptio cesset contra committentem, scil. quod spe gaudendi immunitate deliquit in Ecclesia, debet statim offerre & dare informationem, quod repugnans fuit delictum, quia exstante & præsumptione prædicta ideo cessante, huiusmodi delinquens immunitate Ecclesie gaudebit. Et quod ita sepe vidit praticari, & in praxi recipi, & quod cum sit communis opinio & Ecclesie fauorabilis, omnino sequenda est in iudicando & consulendo, idem ipse censet, dum tamen vere, concludenter & euidenter statim in continentibus probetur, delictum fuisse repentinum, hoc est, ex animo repentino, & noua ac repentina ac temporanea occasione commissum: alias seruanda erit decisio d. c. fin. nostra l. 4. & d. l. 4. tit. 1. p. 1. Eandem contra Abb. & alios sequitur & proficitur esse communem, & ab ea non esse in iudiciis recedendum, Menoch. l. 5. præsump. 10. n. 9. & 10. cum seqq. par. n. 29. cum seqq. ac proinde cum illa, quod frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem, & sequitur Nauar. in Man. c. 25. n. 20. quia est in praxi recepta, secundum Steph. Austr. vbi sup. Inquit tamen quod Lusitania non seruat, quia eius leges ita distincte videntur lib. 2. ordin. tit. 41. Eandem opin. Abb. dicit, videri probabiliorem de iure & magis sustentabilem in disputando Ioa. de Biccis in præf.

delinquit in Ecclesia vel eius cæmeterio, sperans immunitatem sui criminis per defensionem Ecclesie obtinere, vt patet in princ. & postea in decisionibus, ibi. Cum autem in eoin quo deliquit, puniri quis debeat: At vera ratio secunda, ibi, Et frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem, accessoria seu secundaria videtur: Animus enim & voluntas distinguunt maleficia, eorumque qualitate: At cum quis repente, i. e. sine animo aut spe fruendi immunitate Ecclesie, in ea deliquit, non videtur id facere animo gaudendi immunitate Ecclesie, nec committendi in legem aut iniuriam templo inferedi, sed casu & repentino motu nihil eorum considerans, quæ considerare posset, si ex proposito & industria ibidem deliquisset: sed þ sola principalis causa est consideranda, vt cesset vel non cesset effectus, non autem accessoria, vt voluit Rip. in l. ex factis, col. 3. n. 14. ff. de vulg. & pupil. & Abb. in c. ex parte tua, per illum text. de conuol. conuol. quos refert & sequitur Tiraq. vbi supra n. 22. vbi n. 23. illud comprobatur. þ Fallit quoque regula, d. §. affirmatiu. secund. Tiraq. vbi supra. & n. 12. quando omnes causæ simul considerantur (vt in proposito videtur contingere) tunc n. cessatio vnus, facit cessare effectum. vt in c. quoniam frequenter, §. porro, in c. 10. §. si autem, & in prioribus locis, vbi Panorm. in fine cum tex. reputat singularem, vt l. in non contest. & refert alios plures auctores, idem tenentes. Quod autem in specie, d. c. si. vtraque ratio consideretur vel ex eo probatur, quia prima rationi præcedenti, quæ est primaria & principalis dispositionis illius, adiungitur secunda eadem specie reueta, nempe quia frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem ac si apertius dicat, non solum quis delinquendo in Ecclesia non gaudet immunitate ipsius, quia id fecit sperans obtinere immunitatem ab Ecclesia sui excessus: sed quia in eadem specie etiam committit in legem, & ideo frustra legis auxilium inuocat: sique hæc secunda ratio inest primæ ac primariæ, h. est, intelligenda est in casu & specie primæ, de qua ipsemet tex. loquitur, quia verba sunt intelligenda iuxta subiectam materiam, l. si vnus cum similib. ff. loc. Ergo si prima ratio est potissima & primaria, & ei inest secunda; cessante prima & principali merito vt corruat quoque secunda. Nullo igitur modo dicendum est quod secunda ratio præd. sit potissima, sed potius accessoria & secundaria, vt prædiximus. Et quamuis alias sola de per se considerata extra casum, d. c. si. posset esse generalis & principalis, vt in d. c. quia frustra: At vero adiuncta primæ in casu, d. c. si. ei quasi adheret & succedanea videtur, non vero primaria. Non obstat primum fundamentum contrariu de qualitate legis vel statuti ante omnia probanda, quoniam hæc de qua agimus hic probatur & præsumitur in dubio à iure, probato delicto, arg. l. 1. cum similib. C. ad l. Corn. de scariis, & in c. 1. de præsumpt. & in terminis tenent omnes supra allegati & ab eis citati, nisi statim probetur euidenter contrarium, vt prædiximus.

Obseruandum þ tamen erit, laicum in Ecclesia delinquentem posse à iudice seculari puniri: imo ipse erit iudex competens huius delicti, non vero Ecclesiasticus: ita tenet Abb. in d. c. fin. 5. & in c. cum sit generale, n. 27. de foro comp. & in c. inter alia, n. 29. de immun. Eccles. Bar. in l. si cui, §. vlt. n. 3. ff. de accus. Salyc. in auth. Item nulla communitas, n. 4. C. de epis. & cler. Bald. in l. si quis in hoc genus, n. 2. eod. tit. Remig. alios allegans de immun. Eccles. q. 16. vbi limitat, si crimen commissum in Ecclesia alias esset mere Ecclesiasticum vel mixti fori. Nam tunc

huiusmodi erit. Eandem opinionem principalem sequitur D. Cou. d. c. 20. n. 18. in vers. 35. & Ant. Gomez. in 2. tom. c. 10. n. 2. & in 3. casu vers. & adde: & est magis communis opinio, secundum Rolandum à Valle. conf. 24. n. 5. & 6. lib. 2. Ex quo idem affirmat Iulius Clar. ubi supra q. 38. in vers. vidit etiam, contra Cynum in l. presentis. vers. 2. quero. C. de his, qui ad Eccles. confug. & inquit Iulius Clar. quod ita apud se indistincte obseruatur: sequitur etiam

14 Azeued. hic n. 23. Nihilominus tamen iudex Ecclesiasticus ratione sacrilegij poterit aduersus delinquentem in Ecclesia, quoad eius penam procedere, secundum Panormit. ubi supra Angelum in tractatu malef. in verb. in scalis sancti Petroni, quos refert & sequitur Couar. & Azeuedo ubi supra, & etiam Remigius, qui supra.

15 Nunc tamen communis opinio suprad. quam diximus esse tenendam, quæ habet, vt delinquens in Ecclesia vel cæmeterio, animo & spe gaudendi eius immunitate, ab ea sit nihilominus extrahendus, ampliatur vt procedat etiam eadem ratione, si prope Ecclesiam deliquerit ex proposito, ita de liberatè, vt coniectari possit, eum spe immunitatis ibi deliquisse, secundum Anchar. in d. c. vlt. de immu. Eccl. sequitur Alciat. reg. 3. præsumptione prædict. 23. num. 2. & alios referens Remigius de Goni in d. tractatu de immu. Eccl. fall. 25. & prius super d. l. 4. tit. 11. p. 1. D. Cou. d. c. 20. n. 15. vers. 26. & Greg. Lopez in d. l. 4. in glof. en la Iglesia circa finem & alios referens Petrus Rebuff. in 2. tomo. confit. in tractatu de immu. Eccl. artic. 1. glof. 1. n. 10. dicens, se vidisse suspendi vnum, qui interfecit alterum iuxta Ecclesiam, & quod ita decreuit senatus, vt in stylo patet, Aresto. 165. Sequitur plures referens, Menoch. ubi supra. n. 12. & 15. Addit tamen Rebuff. ubi supra, in hac specie in dubio non præsumi, quem delinquerit sub spe immunitatis, secundum Hoff. & Card. Quod verum non est, vt patet ex Alciat. ubi supra. n. 3. & 4. & probat D. Azeued. hic n. 26. circa fin. nisi in continenti probetur, ibi delictum repete successisse: & voluit prius Remig. ubi supra. d. l. 4. circa fin. in vers. vero, ibi, Aut non & c. Sed & Menoch. ubi supra. n. 16. cum Alciat. & aliis inquit, præsumi quem occidisse alterum spe & animo se recipiendi in Ecclesiam, quando ex proposito & animo pensato & deliberato eum occidit, & statim ad Ecclesiam confugit, quia actus sequens declarat voluntatem præcedendam, §. pauorum, Infi. de rerum diuis. cum siml. Hæc tamen coniectura vera mihi non videtur nec tenenda, nisi cum delictum huiusmodi prope Ecclesiam committatur, vt in cæmeterio vel alio loco ibi admodum vicino, vt in casu præcedenti: alias enim tota immunitas Ecclesie regulariter subuerteretur. Ampliatur

16 Rebuff. ubi supra, in hac specie in dubio non præsumi, quem delinquerit sub spe immunitatis, secundum Hoff. & Card. Quod verum non est, vt patet ex Alciat. ubi supra. n. 3. & 4. & probat D. Azeued. hic n. 26. circa fin. nisi in continenti probetur, ibi delictum repete successisse: & voluit prius Remig. ubi supra. d. l. 4. circa fin. in vers. vero, ibi, Aut non & c. Sed & Menoch. ubi supra. n. 16. cum Alciat. & aliis inquit, præsumi quem occidisse alterum spe & animo se recipiendi in Ecclesiam, quando ex proposito & animo pensato & deliberato eum occidit, & statim ad Ecclesiam confugit, quia actus sequens declarat voluntatem præcedendam, §. pauorum, Infi. de rerum diuis. cum siml. Hæc tamen coniectura vera mihi non videtur nec tenenda, nisi cum delictum huiusmodi prope Ecclesiam committatur, vt in cæmeterio vel alio loco ibi admodum vicino, vt in casu præcedenti: alias enim tota immunitas Ecclesie regulariter subuerteretur. Ampliatur

17 t & secundo, præfata cõmunis sententia & nostræ II. Regiæ extenduntur, dum loquuntur in occidente vel percutiente in Ecclesia vel eius cæmeterio; vt procedant & habeant etiam locum in alijs criminibus extra homicidium & mutilationem: nempe in omnib. grauib. delictis ex identitate rationum, secundum Abb. in d. c. f. n. 9. vers. Ego ultra alios quero, & ibi Anchar. exemplificans in adulterio, rapto virginum & furto, secundum Hostiens. Eandem sententiam sequitur alios plures allegans & dicens esse communem aduersus Card. in d. c. fin. Remigius de Goni ubi supra. fall. 3. ampl. 2. n. 6. vbi cum Syluest. in summa. verb. Immunit. 3. vers. tercio limitat in non eorum ibi commissis: quia pro his gaudet: sequitur etiam Greg. Lopez in d. l. 4. in gl. en la Iglesia, vbi refert glof. loquentem de committente furum vel sacrilegium in Ecclesia in c. frater 17.

9.4 & est communis cum sua limitatione, se cund. Couarr. d. c. 20. n. 15 in vers. 25. vbi eam sequitur alios allegans & Villalob. in suo arario commun. opin. lier. l. n. 18. & D. Azeued. in presentis. n. 24. vbi etiam sequitur limitationem prædictam: & de furto, sacrilegio, rapto virginum, & adulterio commisis in Ecclesia, quod pro his delinquentis non gaudet ipsius immunitate probat Remigius, ubi supra in 3. 4. 5. 6. & 7. ampliat. & ampl. 4. agit, quod in fure cum re furtiua fugiente ad Ecclesiam, de quo Rebuffus ubi supra. art. 1. glof. 1. n. 21. Et secundum præd. communem sententiam est intelligendus Ioan. Bie. cis, ubi supra. n. 76. in pr. dicens esse communem opinionem & vetiorem, quod committens in Ecclesia aliud delictum, quam homicidium vel mutilationem, non perdit immunitatem Ecclesie: si vero leuia & non enormia, gaudeat iuxta prædictam resolutionem.

Vterius sunt tamen qui existimant crimen in Ecclesia commissum, non tantum eius auctorem priuare immunitate Ecclesiarum, quoad illud delictum, sed etiam quoad omnia alia crimina quæ extra Ecclesiam postea commiserit, quasi ob iniuriam Ecclesie illatam dignus sit hac generali immunitatis priuatione, vt expressè probatur Steph. Auf. in præc. Capella dec. 422. & Callanzus in cõsu. Burgund. Rub. 1. §. 5. n. 112. vers. Archidiaconus, & Iul. Clar. d. q. 30. vers. sed quid ibi: Quinimo. Sed hoc est sine legitimo contra regulam iuris Pontificij generaliam, cuius supra. meminimus, nempe quod quantum unque quis graue crimen commiserit, gaudeat immunitate Ecclesie, nisi in casibus à iure expressis: sed casus de quo agimus, non inuenitur à iure exceptus. Ergo standum est prædictæ regulæ. Et ita merito contra prædictam opinionem Boerius dec. 100. col. vltima, quem refert & sequitur D. Cou. d. c. 20. n. 15. vers. 24. & Remig. de Goni. de immu. Eccl. fallent. 11. n. 2. vers. tercio: vbi hoc verum intelligit, quando primum delictum, quod commissum fuit in Ecclesia, est purgatum seu punitum, ita quod nunc non agatur de eius punitione, sed de punitione secundij: quia tunc Ecclesia debet eum defendere, inueniens quæ esse, si delictum commissum in Ecclesia punitum non sit, quia tunc pro eo extrahi poterit, de quo non est dubium, si ob illud primum poterat ab Ecclesia extrahi iuxta superius dicta per d. c. f. de immu. Eccl. & nostram I. Regiam, & d. l. 4. tit. 11. par. 1. Et ita merito Remigij distinctio placet Azeued. hic n. 27.

19 Illud tamen t verissimum existimo, quod non gaudebit immunitate Ecclesie existens in loco immunitatis, h. e. in Ecclesia vel cæmeterio, si inde percutiat enormiter existentem extra Ecclesiam, sagitta, iaculo aut scloppo vel alias (nisi probet id se non admisisse ea spe, vt protegeretur ab Ecclesia) quia delictum fuit inceptum in Ecclesia vel cæmeterio, licet alibi consummatum: & ita habeat locum dispositio d. c. f. cap. nec non, & nostræ legis, secundum Abb. ibi. ad finem de immu. Eccl. sequitur Ang. de Clausis in summa. verb. Immunitas q. 23 & Syluester eodem verb. Immunitas. 3. n. 6. in §. & n. 7. & Remig. de immu. Eccl. fall. 4. & Nauar. in Man. c. 29. n. 21. denique Azeued. hic n. 28. Pro quo facit doctrina Ioan. And. in reg. in obscuris. de reg. iur. in 6. vbi t tenet, quod si existens in vno territorio percutit existentem in alio territorio, potest ratione huius

huius delicti conueniri in vtroque loco, per text. in c. 1. de præsum. vbi Felin. n. 13. plures in hoc citat, & etiam Remig. d. c. fall. 4. & latè Marian. Soc. in c. proposuisti. de foro. cum quem se remittit Bosl. in sua præc. crimin. tit. de foro comp. n. 59. & in tit. de panis. n. 21. licet aliud velit in tit. de fauoribus defens. n. 7.

21 Vnde si t aliquis existens in vno territorio, emitit sagittam cum qua percutiat vel exoneret archibustum, cui quod interficiat aliquem existentem in alio territorio, poterit puniri in vtroque territorio, & inter ipsos iudices vtriusque territorij erit locus præuentionis: ita communiter concluditur, vt dicit Abb. in c. f. n. 25. de foro comper. quem refert præc. Contad. fol. 25. in fin. Idem testatur Albertic. & Nelus, quos refert & sequitur Iul. Clar. in præc. crimin. §. fin. quæst. 38. vers. item pone.

22 Nec t obstat præd. doctrina Bar. in l. quod ait. ff. de adul. vbi dicit, quod portans aliquem de platea extra eam, & ibi eum percutiens, non punietur tãquam percutiens in platea, quia quãdo initium & finis loci & temporis sunt illicita, fauore rei inspicimus finem, ne de vtroque ipse puniatur: sed quãdo principium est licitum, habens causam licitam, inspicimus principium: Hoc namque dictum Bar. verum est, quia & ibi plures actiones sunt, vt aggressio, sequitio & percussio: At prædicta nostra cum Abb. & cæteris sententia procedit, quia in eius specie vna est actio tantum puta vnus motus teli proiecti, qui incipit vno loco & in alio finit, ita respondent Sylu. & Remig. ubi supra.

23 Quinimo t eadem ratione opinatur D. Cou. d. c. 20. n. 15. vers. 27. non gaudere immunitate Ecclesiarum eum qui ex loco profano, sagitta, iaculo vel scloppo percuterit existentem in Ecclesia: Crimen enim istud in hac specie in Ecclesia est commissum, cum id scelus, etiam si initium habuerit in loco non sacro, in Ecclesia tamen exsequutionem & perfectionem habuerit, quomobrem Ecclesie iniuria facta videtur, & succincte idem sequitur Nauar. d. c. 25. n. 21. & prius Remig. fall. 6. Quod probari posse inquit Couarr. auctoritate Baldi, in l. si quis non dicam rapere. col. 3. C. de Episc. & Cler. & eiusdem Baldi in l. multum interest. col. pen. ves. sed hic quero, C. si quis alteri vel sibi, & Pauli Castrenf. in l. si ut proponitur. ff. de fideiuss. quibus accedit Hippolyt. in l. vnica. n. 250. C. de rapto virgin. quærit enim Bald. in l. si quis non dicam rapere, n. 6. de tali questione. Quidam t fuit capus & ligatus super equo in vna villa, & fuit ductus & deperatus in alia, villa, quærebatur, quæ villa teneretur ad emendationem: Nam in prima fuit delictum initiatum, in secunda consummatum: quod si attendimus animum, ex eius forma tenebitur prima villa: si vero consummationem, quæ dat formam rei, tenebitur secunda villa: Bart. cum Iacob. determinat, quod vtraque villa teneatur, quia vtraque est in culpa, & quodammodo delictum confertur continuatum in diuerso territorio Sed Bald. addit, quod in prima villa fuit ista robaria consummata, quantum ad delictum, & in secunda quantum ad exsequutionem delicti: quia in continenti, quod aliquem capio, eum derobo, quia prius eum possessione, si eo animo ligo, iuxta tex. & glo. ordinariam in l. 1. §. idem Iulian. ff. de vi & vi armata, sequitur plura adductes Fel. in c. 1. n. 13. de præsump. & Hipp. ubi supra. n. 151. Si autem huic doctrinæ innititur Cou. ubi supra. ad fundandam suam præd. ampliationem, non multum altrigintum quia si consummatum delictum in primo loco vnde incipit, videtur in specie ampliationis Couar. de qua nunc agimus, extra Ecclesiam consummatum delictum: tum quia li-

cet quando initium & finis sunt illicita, inspicendus sit finis: hoc tamen verum est in fauorem teli, ne de vtroque ipse puniatur, vt prædiximus.

t Vnde in fauorem rei attenditur, vel finis, vel 25 principium, quod magis fauet defensionis & reo, secundum Bosl. in sua præc. crimin. in tit. de fauorib. defension. n. 7. At si hic considerandus esset finis, potius esset contra ipsum reum, si ob id priuandus esset immunitate Ecclesiastica, quam in ipsius fauorem: quod autem in fauorem alicuius est introductum, non est in eius odium retorquendum, vt in reg. iuris vulgari Præterea in specie doctrinæ Bald. supra adductæ plures sunt actiones, nempe captio & ligatio super equo, & postea ductio & derobatio: at in casu ampliationis, de qua agimus, vnica est actio, nempe teli projectio: Ergo dissimilia sunt hæc.

t Quod si Couar. voluit adducere doctrinam 26 Bald. in d. l. si quis non dicam rapere in quæst. seq. nempe n. 7. vbi quærit de alia quæstione huiusmodi: Quædam puella fuit capta in vno territorio, & cognita in alio territorio, nunquid possit vrobique puniri delinquentis? Respondet posse, nempe à iudice primi territorij, ratione attentati delicti: secundum vero territorij, ratione consummati actus: sicut quando quis proicit cum balista, & erit melior conditio præuenientis, licet hoc non seruetur de consuetudine, imo vnusquisque punietur, quia vnusquisque recipit iniuriam, & non est eadem bursa Fiscalis: & hanc doctrinam Bald. sequitur Fel. in d. c. 1. n. 13. de præsump. & Hippol. ubi supra. n. 260. Hinc (dicit Bald.) patet, an principium vel finis loci spectetur in delictis: de quo supra egimus. Denique hoc est in effectu, quod supra retulimus ex Ioanne Andrea in reg. in obscuris de reg. iur. in 6. de illo, qui existens in vno territorio, percutit existentem in alio, quod possit conueniri in vtroque hoc etiam diuersum est à nostra specie, & responderi potest, vt supra fuit responsio primæ quæstioni Baldi. Sed quod magis alstringere videtur pro ampliatione Cou. est doctrina Bald. ab eo secundo adducta, nempe in d. l. multum interest. n. 21. vbi t inquit & tenet, 27 quod si ego per nuntium vel epistolam vendo fundum tibi existentem Bononiæ, & tu consentis ibi dem, vere est contractum Bononiæ, & ibi agi potest, quia ibi essentialiter contractus perficitur: Ergo ita in nostra specie videtur dicendum, quod cum in ea delictum in Ecclesia essentialiter perficiatur, non debeat huiusmodi eius immunitate gaudere, Adhuc tamen hæc nostra materia immunitatis Ecclesie diuersa multum est ab illa de qua loquitur Bald. nempe quo in loco agi possit pro contractu celebrato per nuntium, vel epistolam alibi. Ideoque argumentum concludens ex hoc in fauorem ampliationis, de qua agimus, sumi non potest. Denique Paulus de Castro, citatus pro ea à Cou. ubi supra. loquitur in mandante committi delictum in alio territorio, non vero in Ecclesia. Sed de hoc agemus latè, Deo volente, in quæst. seq.

t Quid tenendum? Et videtur quidem prima 28 facie contra ampliationem præfata Cou. tenendum: & sic quod existens extra Ecclesiam percutiens sagitta, iaculo, aliove instrumento existentem in Ecclesia vel cæmeterio, regulariter gaudere debet immunitate Ecclesie, si ad eam ipse confugiat. Primo ex communi & receptissima sententia, quam supra adduximus, quæ habet, quod pro quocunq; graui crimine ad Ecclesiam confugiens debeat eius immunitate gaudere, nisi in casibus à iure expressis. Tota difficultas pendet, an hic casus sit de illis exceptis, in quo delinquentis gaudere

non debeat immunitate Ecclesie. Hæc autem difficultas iam est sublata: Supra enim resolimus cum veriori communi & tenenda sententia in iudicando & consulendo, textum in *cap. fin. de immunit. Ecclesie*, denegantem immunitatem Ecclesie delinquenti in ea, loqui expresse, fundarique principaliter & finaliter in eo, qui existens in Ecclesia in ea deliquit, spe, animo, & fiducia quod ab ea defendatur, & sic quod gaudebit immunitate eiusdem, suamque delictum impunitum remanebit; ideoque dignum est, ut in eo in quo deliquit puniatur; & quia frustra legis auxilium invocat, qui contra legem facit. Ratio itaque primaria & principalis est illa, ut in eo, in quo deliquit puniatur: cessoria vero & secundaria, & quæ priori inest ac subest, est illa, quia frustra legis auxilium invocat, &c. Ergo si prior cessat, secunda etiam corrui, ut probauimus. Quo fit, ut si ille, qui in Ecclesia deliquit, in contenti antequam ab ea extrahatur, offerat probationes, & probet concludenter, delictum repete ex verbis nouiter ortis admisisse, gaudere debeat Ecclesie immunitate, ut prædiximus. Cum igitur hic immitens sagittam vel aliud telum in existetem in Ecclesia vel cæmeterio, sit extra eam, quamuis delictum perfectum fuerit voluntarie in Ecclesia, delinquens tamen vere & realiter extra eam, non est priuandus in amissione immunitatis ipsius, quia iam hic est alius casus aduersus ab excepto in *d. c. si de immunit. Ecclesie*, ut patet ibi: *Quæ nisi per Ecclesiam qua fuerint creditur se defendi, nullatenus fuerant commissuri*. Oserua verbum *ad quam fuerint*. Nā præterquam, quod ibi delictum commissum fuerit in Ecclesia, loquitur textus ille, quando committens est in Ecclesia vere & realiter: ut vero in nostra specie licet videatur commissum delictum in Ecclesia, delinquens tamen non erat in ea: Quod igitur non mutatur, quare stare prohibebitur contra regulas iuris vulgares: Denique hic casus expresse, & in indiuiduo non inuenitur exceptus à iure. Non igitur priuati debet immunitate Ecclesie sic delinques, iuxta d. communem sententiam; præcipue cum textus in *d. c. si de iure in c. omni b.* regulis & sit odiosus: Vnde extendi non debet, sed restringi, quantum fieri potest, arg. c. *papa de penit. dist. 1. c. regula, odios. de reg. iur. in 6.* Auctoritas præterea Cou. tenentis præd. ampliationem, etsi magna sit, attamen non nocet in præsentis specie, quoniam ipsius opinio deriuatur ab opin. Abb. in *d. c. si. n. 8.* quam ipsemet deriuatur, & alij plures, quos supra retulimus, qui omnes contra communem tenuerunt, delinquentem in Ecclesia etiam sine animo & spe fruendi eius immunitate, ab ea extrahendum esse: quia militat altera ratio *d. c. si. n. 1.* n. 1. *quia frustra legis invocat auxilium, &c.* est prior de animo & fiducia gaudendi immunitate Ecclesie desiciat. Quæ profecto opinio subtilis, ac in scholis probabilis est, sed tamen contra communem & receptissimam sententiam ac contra verba *d. c. si. eiusque rationem finalem, primariam & principalem, & ut nouiter probauimus, secunda ratio illius textus, cui nititur Abb. & sequaces, non stat in illo text. generaliter, & de per se, sed imo inest priori. h. e. in specie & casu illius text. fauet, & loquitur, non vero sola sufficit: & quod Cou. in hac sua ampliatione fundatur in illa opin. Abb. vel ex eo patet, quod ibidem in fine dicit, eam opinionem Abbatis & suam probandam fore ex sequentibus illationibus, quæ ad interpretationem *d. c. vltim.* statim expresse tradentur quarum vna est hæc, de qua agimus ampliatio. Destruo igitur eius fundamentum, corrui adificium super impositum, ut alias inquit Becius, *conf. 3. n. 25.* Fateor, delictum huius-*

modi quoad penam augendam qualificari propter consummationem eius in Ecclesia: non tamen ob id priuandus videtur regulariter immunitate Ecclesie illud perpetrans, per præd. nisi huiusmodi delinquentes existeret prope Ecclesia, ita quod præsumi posset, animo se defendendi in ea illud admisisse, per *supradict.* Verū si longe existens ab Ecclesia illud commisisset, & in Ecclesiam se recepisset, vel alias euidenter constaret repente illud accidisse, ex verbis & rixa nouiter ortis, gaudere deberet immunitate Ecclesie, ex prædictis.

¶ Nihilominus tamen ex alio capite probanda venit amplio prædicta Cou. & sequacium, nempe quia Ecclesia remanet violata per effusionem sanguinis: ille namque qui committit delictum ex quo violatur Ecclesia, non gaudet eius immunitate, ut in *c. ad Episcopos, 17. q. 4.* ubi dicitur: Ad Episcopos direximus iussionem, ut eos, qui Ecclesias violasse perhibentur, accessu eorum iudicari esse indignos: & in terminis ita tenet alios allegans Remigius *fall. 35.* Præterea igitur violas immunitatem dicitur sacrilegus, secundum Abb. in *c. fin. 5. v. 1.* *Crede tamen, de immunit. Ecclesie*, ubi dicit, quod negari non potest, quin commiserit sacrilegium delinquendo in Ecclesia, cum per hoc violauerit eius immunitatem: sed igitur sacrilegus non gaudet immunitate Ecclesie, argumento textus in *cap. si atter, cum duobus sequentibus, 17. q. 4.* & ibi gloss. *verb. ab omnibus*, Nicolaus Boëtius *dec. 110.* refert & sequitur Remigius *fall. 21. n. 1.* dum citat gloss. *supr. dicta*, latus *fall. 34. c. 35. Jul. Clar. d. si. fin. q. 30. vers. quæ nunguid circa finem, ibi de sacrilegio*: ubi quod senatus indistincte iussit illos ab Ecclesia extrahi: At negari non potest, quin hic violat Ecclesiam grauius delinquendo, in ipsa confingendo existentem in ea iaculo aut scloppo, quia aut forte mors inde sequitur, aut magna sanguinis effusio. Quod si percussio sit leuis, tunc limitatur præfata amplio ex communi opin. *supra* relata, qua probauimus text. in *d. c. fin. de immunit. Ecclesie*, minime locum habere in committente leue delictum in Ecclesia vel cæmeterio.

Quod si existens fugitius in Ecclesia ob delictum, ab ea exeat ad committendum aliud delictum, illudque re vera extra Ecclesiam eiusque cæmeterium committat, non ob hoc quod ab Ecclesia exiit ad committendum prædictum delictum, si illud commissum non sit de priuantibus immunitate Ecclesie, ea priuandus erit, sed imo ipsa gaudebit, quia interim dum ad Ecclesiam redit, capi potest per iudicem eiusque familiam, ut late contra Anton. Gom. in quadam impressione tenet & probat Azueved. *hic n. 28.* Quod si limitarem ipse, si animo & spe gaudendi immunitate Ecclesie id fecisset, quod præsumitur, si ibi prope Ecclesiam vel cæmeterium delinqueret, ita ut secure statim se possit in Ecclesiam reducere & recipere, ut fecit, per *supradict. n. 5.* & à fortiori, si in hac specie ab Ecclesia inciperet euaginare ensem contra antiquum inimicum, quod tenet Azueved. *hic n. 30.*

Hodie igitur D.N. Greg. XIV. Pontifex Maximus, facultates diuersas & indulta extrahendi, etiam in casibus à iure promissis ex Ecclesie criminatos & delinquentes per nonnullos prædecessores suos & præsertim Felicis recordat. Sixtus Papat. V. & Pium etiam V. necnon & per semet ipsum sedemque Apostolicam eiusque Legatos concessas compluribus secularibus Principibus eorumque curiis & magistratibus sub variis modis & formis, prout in illis plenius continetur, sua perpetuo valitura constitutione, ad vnam tantum formam reduxit & moderatus est, ut la-

cis ad Ecclesias locaque sacra & Religiosa congregantibus fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata vel publica strata obident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur aut depopulatores agrorum, quine homicidia & mutilationes membrorum in ipsis, earumque cæmeteriis committere non ventur: aut qui proditorie proximum suum occiderint, aut assilini vel hæresis aut læsæ maiestatis in personam ipsiusmet Principis rei, immunitas Ecclesiastica non suffragetur: certa forma ibi præfiguratur obseruanda in extrahendis ab Ecclesiis delinquentibus in prædictis casibus & carceribus, cuius Ecclesiastica reponendis, ut ab ea cognoscatur, an prædicti delinquentes crimina superius expressa commiserint, ut plenius in prædicta. noua constitutione Pontificia continetur, lata Romæ nono Kalend. Iunij huius præsentis ann. 1591. & publicata ibidem die 28. mensis Maij eiusdem anni.

Hæc constitutio (salua correctione & censura Sacrosanctæ Matris Ecclesie, cui in omnibus ut par est, me subiciio) ut euidenter patet ex eius toto proemio non corrigi in aliquo ius commune Pontificium, in vrbibus & oppidis apud quæ nullæ facultates & indulta extrahendi delinquentes ab Ecclesiis, aut fraudulentos decoctores, à Sede Apostolica emanant aut concessa fuerunt, in illis etenim ius Canonicum remanet intactum: Sed tantum reduci & moderari ad vnam formam prædictam, diuersas facultates & indulta à summis Pontificibus, sedæque Apostolica eiusue legatis concessa Principibus secularibus, eorumque curiis extrahendi delinquentes ab Ecclesia: Vbi autem præd. facultates & indulta concessa non sunt, constitutio non loquitur, sicque remanet in suo robore ius commune Canonicum, quia quod non mutatur, quare stare prohibetur: ut in *l. Sancimus. C. de testam. c. in l. præcipimus, C. de appell.* Quod autem lex sine constitutio aliaque quæuis dispositio ex proemio reguletur, atque ab eo causam finalem accipiat, probat *l. fin. ff. de hered. inst. cum similibus*, quæ congressimus supra *loc. lib. 9. n. 89. cum seqq.* Summus autem Pontifex in hac sua constitutione expresse fundatur in eo quod experientia docuerit: tum ob diuersitatem & differentiam huiusmodi indultorum, tum quia plerique eorundem Principum ministri ex hoc ipso illa diuersimode, etiā latius quam par erat & ad suum libitum interpretandi occasione artipuerunt, illisque abuti cæperunt, subortam esse non mediocrem in aliquibus locis, libertatis & immunitatis Ecclesiasticæ perturbationem & confusionem. Aliud præterea inquit, absurdum sepe numero sequutum est, nempe ut infamæ interdum conditionis laici, penitus iuris & literarum ignari & imperiti, exercentes officium iurisdictionis, vel tanquam ministri curiæ secularis, facultatum & indultorum huiusmodi limites longe excesserint, atque suo arbitratu in sensu minus rectos & ad intentionem concedentis omnino alienos deorsum, & illorum præterea quicquid sibi in mentem venit attentare præsumperint in graue iurisdictionis & immunitatis Ecclesiasticæ præiudicium, locorum & personarum diuino cultui dicatarum contemptu, diuine maiestatis offensam & scandalum plurimorum. His igitur absurdis obuari cupiens summus Pontifex ac differentias huiusmodi ad vniformem regulam deducere, omnemque dubitandi ac perpetam interpretandi occasionem, dilucida declaratione submouere, abusum tollere & ne Ecclesiastica iura plane conculcentur & negligantur, opportune

providere, decreuit reducere & moderari prædictas facultates & indulta ad vnam tantum formam, eo modo ut vidimus supra: Ergo non ut iura Pontificia de hoc loquentia corrigat vilo modo, ubi prædictæ facultates & indulta concessa non fuerint: sed tantum ea declarando & moderando, ubi fuerint: Quod etiam probatur ex fine d. constitutionis, ubi loquens de prædictis facultatibus & indultis, ne obtent inquit, quæ omnia & singula ac eorum tenorem pro expressis habentes quatenus præmissis in aliquo aduersantur aut plures, quam expressis casibus contineant auctoritate & tenore præmissis omnino ac perpetuo tollimus & abrogamus, ac ad terminos præsentis constitutionis, quoad superius descripta duntaxat, reducimus & nolumus cuiquam de cætero suffragari. Demum & vltimo facit, quia si summus Pontifex vellet per dictam suam constitutionem corrigere ius commune Pontificium, de immunitate Ecclesiastica disponens, idque ad hanc eandem formam reducere, hoc expresse declararet: sed id non facit, nec est præsumendum in dubio facere; ergo habemus intentum: quinimo contrarium indicat in præcitis verbis.

S V M M A R I V M.

1. Existens in Ecclesia mandans committi delictum extra eam, an gaudeat immunitate Ecclesie, si mandatarius exsequatur mandatum? Et numeris seqq. n. 3. affirmatiua pars constituitur, n. 14. distinctio quedam refertur, que n. 15. improbatur, sed n. 16. negatiua eligitur.
2. Mandans committi delictum, videtur illud committere in loco, ubi mandatum adimpletur.
3. Mandans homicidium committi, homicidio secuto, tenetur de ipso homicidio propter mandatum, non autem ex mandato.
5. Vnde index loci delicti, non vero mandans, debet eum punire, ut in n. 5. explosa distinctione Mariani Socii, de qua supra, n. 4.
6. Mandans punitur eadem pena, que puniendus est mandatarius, reiecta distinctione, an mandatarius esset alius facturus vel non ut in n. 7.
8. Mandatarium esse alius facturum, ex tribus colligitur, de quibus hic.
9. Quando constat aliquem deliberasse occidere ex proprio odio alterum, etiamsi postea alius eundem illi mandet occidere, eo occiso, dicitur occidisse ex proprio odio, non autem ex mandato.
10. Mandatarius si dicat se non occidisse hominem ex mandato sibi facto ab alio, sed quia occisus erat suus principalis & capitalis inimicus, est audiendus in excusationem mandantis, ex qua datur cautela in fauorem mandantis, si res ita se habeat, ut in n. 11.
12. Consulens delictum committi illi, qui alius erat facturus, an mitti puniatur.
16. Mandatarius non tenetur exsequi mandatum rei turpis.
17. Dispositio iuris puniens committentem homicidium tali pena, comprehendit mandantem illud committi: secus si statum eodem modo disponat, quia tunc mandans in eo non comprehenditur.
18. Procurator, filius vel seruus quod teneantur parere domino vel patri respectiue, quomodo intelligantur.

Q V Æ S T I O I I. In eandem l. 3.

An existens in Ecclesia, mandans committi delictum extra eam, gaudeat immunitate ipsius, si mandatarius exsequatur mandatum?

1. VERO secundo circa nostram legem: an existens in Ecclesia mandans committi delictum extra Ecclesiam, gaudeat immunitate ipsius, si mandatarius exsequatur mandatum, nec ne? Hec questio secundum DD. dependet ab illa, an mandans committi delictum videatur delinquere in loco, ubi mandavit, an vero in illo, ubi expletum est mandatum: In 1. qua communitur tenetur, quod videtur delinquere in loco, ubi mandatum fuit adimpletum, ita Bar. in l. si ex proponitur, n. 2. ff. de fideiusor. & ibi Paul. de Castr. idem Bart. in l. non solum, §. si mandatum, n. 10. ff. de iniuriis, sequitur Felin. in c. 1. de presumpt. n. 14. & 15. ubi quod delictum mandantis puniatur a iudice loci, in quo delictum est factum, non vero in quo est mandatum committi, est communis secundum Remig. de Gon. in tract. de immuni. Eccles. fall. 5. n. 3. qui & n. 2. plures allegat: dicit etiam communem plures allegans eam secutos Iul. Clar. in pract. cri. §. fin. q. 38. in vers. item quere, ubi assignat rationem, quia mandans non tenetur ex mandato, sed ex delicto propter mandatum secuto. Vnde 1. mandans homicidium committi, homicidio secuto, tenetur de ipso homicidio propter mandatum, non autem ex mandato, secundum Bar. in d. l. si ex proponitur, n. 2. & in d. si mandatum, post n. 9. Et est communis opinio secundum Marian. Socin. in c. propositi, post n. 22. vers. nono quere, de foro comper. & Boff. in sua pract. cri. tit. de foro comper. n. 109. relatos & secutos per Iulium Clar. ubi supra, quest. 89. vers. scilicet autem, ubi ponit utilitatem huius rei sequitur Anton. Gomcz. in 3. tom. var. resolut. c. 3. n. 39. Et ita est tenendum, explosa distinctione Marian. Soci. ubi supra, relata à Remigio, ubi supra, n. 4. dicitur: Quod 1. aut loquimur de pena imponenda ratione mandati aut ratione delicti: In priori casu debet puniri, ubi fuit mandatum, pena extraordinaria de iure communi, non stante statuto de pena mandantis loquente, quia eo stante, seruandum est: in secundo vero casu debet puniri per iudicem loci, in quo delictum consummatum fuit: Hec enim distinctio est contra communem & veram sententiam, 1. quae habet, vt in hac specie indistincte iudex loci, ubi perpetratum fuit homicidium, & sic ubi mandatum fuit expletum, debet de delicto cognoscere atque mandantem punire: quia non ex mandato, sed ex delicto propter mandatum secuto & consummato tenetur pena ordinata delicti, vt ex pluribus iuribus probat. Anton. Gom. ubi supra, n. 39. Et 1. inquit Bart. ad d. l. non solum, §. si mandatum, n. 19. ff. de iniur. quod indistincte mandans puniatur eadem pena, qua puniendus est mandatarius ipse, qui delictum commisit, & haec opinio tenenda est: tanquam verior & magis communis secundum Iul. Cla. qui plures refert, d. g. 89. in pr. ubi affirmat se vidisse eam seruari, Vnde 1. distinctio eorum, qui dixerunt, quod aut mandatarius erat alias facturus, & tunc non teneatur mandans, aut non erat alias facturus, & teneatur, communitur reprobatur, secundum Iul. in l. 1. post n. 22. C. de seruis fugi. quem ad hoc refert Iul. Clar. ubi supra, addens: quod quando mandatum cadit in delictum, non est adhibenda praedicta distinctio iuxta gloss. magnam approbatam in l. 1. §. persuadere, ff. de seruo corrupto, & est communis regula, secundum Gom. in 6. tom. var. resolut. n. 10. in fine, de action. Quo fit, vt non sit tenenda opinio Bal. contra.

ria d. l. 1. num. 7. cum seqq. C. de seruis fugi. asserentis, quod mandans homicidium fieri, non tenetur de homicidio quando mandatarius erat alias facturus homicidium absque mandato, quod ex trib. colligitur secundum 1. Bald. ibi: Primo, quando praecedebat inimicitia capitalis inter mandatarium & eum, qui est occisus. Secundo, quando praecesserant mina mandatarij de occidendo. Tertio, quando inferior mandaret superioris, puta filius patri, seruus domino, vel frater minori, quia non est verisimile, quod superior sit motus propter tale mandatum. Quod dictum commendat Paul. de Cast. ibidem dicens menti tenendum, quia ex eo poteris lucrari multas pecunias & euadere amicam à morte, & dicit se de facto habuisse. Idem Bal. in l. metum, C. quod met. caus. & in l. 1. in pr. ff. de eo per quem fact. cri. & in c. 1. §. iniuria, de pac. iur. firm. col. 5. in vers. quare, si Titius mandauit, 1. ubi quod quando constat, aliquo ex proprio odio concepto ex quacumque causa deliberasse alio occidere, dato quod postea vel quispiam alius mandet illi occidi, & ille, qui iam deliberauerat occidere, occidat, dicitur occidisse ex proprio odio, non autem ex mandato, vt notatur in l. sepe, §. ult. ff. de ver. sign. Sequitur etiam Cyp. conf. 41. mandatum, & in caut. 39. Vidimus quampures casus, ubi 1. amplius tenet, scilicet, quod si quis mandauit Titio, vt interficeret Caium, si Titius dicit, quod hoc non fecit exsequendo mandatum, sed motu proprio, qui erat suus principalis & capitalis inimicus, et est credendum in executionem mandantis: ex 1. quo inquit, sumas cautelam, quod ipse mandatarius examine, & deponat (si verum est) quod ipsum interfecit, non propter mandatum, sed propter inimicitiam propriam, & mandans liberabitur, & hoc dicit bene esse notandum. Eandem Baldi opin. secutus est Paris de Put. in tract. synd. in vers. an situr dicto tori, vers. an si quis mandauit, & Alex. in l. vlt. in 4. apost. II. ad Bar. ff. de q. & consulit Bart. conf. 145. in q. quae vers. in v. & Soc. conf. 38. in casu n. 17. & seq. vol. 2. Tho. Grammat. de off. Neap. 34. n. 40. & conf. seu voto 63. n. 12. & Tib. Dec. res. seu conf. 80. n. 34. vol. 3. Haec enim Bal. & reliquorum doctrina & cautela, tamen est aqua videatur pro defensione & exculpatione mandantis, vt aduocatus eius possit eam in ipsius fauorem proponere atque probare: Nihilominus in puncto iuris vera non est, & communiter reprobatur, vt professi sunt Iul. & Iul. Clar. ubi supra. Et praeterea magis communis opinio plurium Doctorum habet contrarium, nempe vt mandans teneatur eadem pena, qua mandatarius, siue mandatarius erat alias facturus, siue non, vt constat ex Bar. expresse in d. l. non solum, §. si mandatum, n. 19. ff. de iniuriis, & ex Couart. & aliis plurimis auctoribus citatis à Iul. Clar. ubi supra, & aliis, mandans enim in praedicta specie, vere mandauit committi delictum, & mandatarius illud commisit, licet alias absque mandato esset commissurus, ideo merito vterque eadem pena puniatur, cum ambo concurrerint in eandem occasionem, ac si vnus cum alio alias homicidium commissuro id committeret: in opem enim praestante sine dubio non adhibetur praedicta distinctio, nisi fauor esset simplex, vt probant post alios Angel. in tract. malef. in parte, & Sempron. n. 43. & 44. Quid ergo releuat mandantem, quod mandatarius esset alias idem perpetraturus, cum ambo in idem cum effectu concurrant? Vnde nec confessio mandatarij occidentis in fauorem mandantis releuabit eum, nec probatio quod alias esset idem facturus mandatarius, per praedicta: In consulente autem maleficii fieri illi, qui alias erat omnino illud commissurus, aliud resolut. Angel. ubi supra, n. 43.

1. n. 43. nempe, vt lenius condemnaretur, quem sequitur Gregor. Lopez in l. 23. tit. 12. pari. 5. gloss. fin. quod non caret scrupulo per supra dicta in mandante: nisi dicamus magis delinquere qui mandatur, quam qui consulit delictum committi, vt probat Baldus in d. l. 1. num. 7. C. de seruis fugi. ubi ex hoc probat opinionem praedictam Angel. in consulente illi, qui alias erat facturus, vt extra ordinem puniatur in atrocissimis delictis. Merito igitur, vt mandans indistincte eadem pena puniatur qua mandatarius commissio delicto, non enim minus delinquit quam mandatarius, imo grauius & primo loco, vt cum Grammat. de off. 38. n. 6. & Menoch. de arbit. iudic. tom. 4. casu 152. probat Ioseph. Mascard. de probat. concl. 114. n. 1. 2. tom. 1. Deueniamus igitur 1. ex supra dictis ad decisionem nostrae prioris quaestiones principalis circa immunitatem Ecclesiae: & quidem ex his patet, huiusmodi mandantem, de quo agimus, gaudere debere immunitate Ecclesiae, quod ex praedictis Doctoribus colligit Remig. d. fallent. 5. n. 2. vers. & sic praedicti Doctores. Colligitur etiam ex Abb. in d. cap. fin. in fin. de immuni. Eccles. dum agens de nostra quaestione se remittit ad Bart. in d. l. si ex proponitur & id expresse tenet Ioannes de Bicis in tract. de immuni. Eccles. col. 15. in vers. quid si existens in Ecclesia mandauit, prout eum refert Remig. ubi supra, n. 3. & sequitur Azeuedo hic n. 28. Hanc tamen opinionem Remig. ubi supra, ideo non probat, quia mandans puniatur ex delicto, ac si ipse deliquisset, vt vidimus: sed si ipse deliquisset in Ecclesia, non gauderet, vt in praedictis quaestione: Ergo, &c. Praeterea quia qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, vt in reg. iur. Vnde licet quoad formam, in quo puniri debeat mandans, procedat communis opinio supra adducta ex Bar. & aliis, quae habet, quod iudex, ubi mandatum expletum fuit, debeat punire hunc mandantem, non vero iudex loci, ubi ipse id mandauit. Attamen quoad hoc, vt huiusmodi delinquens gaudeat immunitate Ecclesiae, non creditur quod procederet, nempe quod talis mandans gaudeat immunitate: sed non debet gaudere. 14. Postea 1. vero idem Remigius distinguit in hac specie, nempe esse duo in ea consideranda: Primum quod in Ecclesia fuit mandatum committi delictum: Secundum, quod extra Ecclesiam fuit delictum & sic sunt duo delicta: Primum fuit in Ecclesia ratione mandati: Secundum extra Ecclesiam, quia ibi fuit finitum. Quare sic distinguit, quod si iste mandans aufugit ad Ecclesiam ratione secundi delicti, quia proceditur ex eo contra ipsum, videtur, quod debeat gaudere immunitate Ecclesiae per superius dicta: Si vero ratione primi delicti, eo quia mandauit in Ecclesia, videtur, quod non debeat gaudere, quia violauit Ecclesiam ratione mandati, & posset agi contra ipsum, tanquam contra violatorem Ecclesiae: & in isto casu non gauderet, quam distinctionem Remigij expresse probat & sequitur Nauar. Man. Latin. c. 25. n. 21. 15. Hec tamen distinctio 1. mihi non placet, nec placuit concui nostro hic d. n. 28. non enim expleto mandato de delicto committendo, sciungi potest vnus ab alio, sed vtrumque considerandum & attendendum est: quia praedictum mandatum ordinatur ad delictum committendum: commissio autem delicto ex mandato, delictum, quod erat in habitu, reduciatur ad actum & executionem, & ideo iuxta communem sententiam, cuius meminimus supra, mandans in hac specie tenetur, non quidem ex mandato principaliter, sed ex delicto propter

mandatum secuto. Delictum igitur, quod per mandatum commissum fuit in Ecclesia, reductum fuit ad actum per executionem mandati, & ideo eadē pena puniatur mandans, qua mandatarius: Pro solo enim mandato, delicto non secuto, vel quia mandatarius non potuit facere, vel quia mandatum fuit sibi reuocatum, si delictum non erat arrox, sed leue, mandans in totum excusatur, nec tenetur aliqua pena. Si vero delictum committendum erat arrox, tenetur, sed debet puniri pena arbitraria, secundum Bart. in d. §. si mandatum, n. 3. sequitur alios allegans Anton. Gomez lib. 3. variar. resolut. c. de homicid. n. 41. Ergo propter solum mandatum extrahi ab Ecclesia non poterit, etiam secuto delicto, si daremus, quod propter consummationem & sic pro secundo delicto gauderet immunitate Ecclesiae. Praeterea praedicta distinctio inanis videtur, quia in specie nostrae quaestiones iudex extrahens huiusmodi delinquentem ab Ecclesia, non debet esse ita insipiens, vt propter delictum secundum tantum, hoc est, executionis extrahat, nec extrahere dicat mandantem ab Ecclesia: sed propter vtrumque, nempe propter mandatum, & homicidium ex eo secutum. Quare si id potest propter mandatum solum, vt ipsi affirmant, necessario & à fortiori idem facere poterit propter vtrumque, imo & propter secundo delictum: quandoquidem in secundo, hoc est, in executione adest primum, hoc est, mandatum, quia subordinatum fuit ad secundo, & virtute mandati, & in executione ipse fuit commissum secundum delictum. Quare 1. verius tenendum videtur, quod cum 16 in hac specie habitus sit reductus ad actum, & sic finis habeat necessariam consequentiam ad principium illicitum, quandoquidem in eius executionem tendat, ac per consequens ex hoc videatur Ecclesia violata, & iure praesumentum sit, hoc mandatum animo & spe gaudenti immunitate Ecclesiae emissum fuisse, ac si ipse personaliter delictum commississet in Ecclesia, in qua existit, iuxta late à nobis tradita in quest. praecedenti, quod huiusmodi delinquens non debeat indistincte gaudere immunitate Ecclesiae, quandoquidem propter expletionem mandati ipse puniri debet ex delicto secundo, ac si sua propria persona illud admisisset, vt resoluimus cum communis, ex duobus rationibus, quibus innititur text. in d. c. fin. de immuni. Eccles. nempe quia praesumentum est, id mandasse spe & fiducia, quod ab eadem Ecclesia defenderetur, vt in eo, in quo deliquit, puniatur: & quia frustra legis innocet auxilium, &c. Quae quidem bene militant in nostra specie & vere ac proprie vigent: & eisdem rationibus in quaestione supra proxima num. 19. Idem resoluimus in percutiente ex Ecclesia vel cœmeterio alterum existente extra Ecclesiam sagitta, telo vel alio iaculo. Neque obstat, quod principium vel finis considerandus sit, prout magis reo & ipsius defensionis expedierit & fauorabile fuerit, vt ibidem. n. 25. praediximus: id namque in nostra specie locum habere minime potest, in qua finis de per se solum considerari non potest, quia habet necessariam consequentiam ad principium. Et hanc nostram sententiam videntur secuti prius Angel. de Calual. in summas, verb. immunitas, vers. 24. & Syluest. eod. verb. el. 5. num. 10. ubi in specie dicitur, quod factum attribuitur loco, ubi mandatum, quando exsequens exsequitur necessitate iuris. Hanc 1. autem necessitatem iuris non intelligas de actione hoc est, quod mandatarius teneatur aliqua actio ne id adimplere, quia rei turpis nulli est mandatum nullum.

nullus contractus, nullaque actio vel obligatio, vt in l. si remanentis, §. si passus, vers. final. ff. mandat. l. a. reo. §. si ff. de fideiuss. Bart. in d. §. si mandato, n. 9. Anr. Gom. de hom. n. 39. vers. nec obstat. Sed de interpretatione iuris, quod vult, parum interesse in delictis, vel per se vel per alium facere, & ideo in dispositione iuris communis punientis eum, qui commiserit homicidium tali pena, nempe mortis, mandans comprehenditur: scilicet in dispositione statuti eodem modo disponentis; quia tunc cum mandatarius non teneatur obedire, sed operetur voluntate propria, non necessitate facti vel iuris, non comprehenditur mandans, ita Bart. in d. l. sed & si vnus, §. seruu. n. 2. & 3. ff. de iniuriis, Abb. in c. mulieres, n. 9. cum segg. de sententia excomm. quem referunt & sequuntur Ang. de Claua, in summa, verb. mandatum §. 2. & Syluest. eod. verbo, n. 4. & Armilla antea eod. verbo in fin. Est communis, vt plures referens testatur eam secutus Iul. Clar. d. §. si. quæst. 89. vers. sed quæro. Et quod præallegari pro nostra sententia duo auctores in specie nostræ principalis q. hoc quo prædiximus, voluerint intelligere modo, licet eorum verba aliud videantur indicare, constat ex eodem Ang. d. verbo, immunitas, vers. 14. in fin. ibi: Ad quod facit, quod dicam infra, mandatum, §. 1. ex quo sumptis Syluest. ubi supra. Sensus igitur est, quod in dispositione iuris communis, quia mandator delicti comprehenditur, non ex propria significatione, sed ex iuris interpretatione parum interest, quod per se vel alium faciat, & ideo non debet gaudere immunitate Ecclesiæ, si id mandauerit in Ecclesia, & extra eam fuerit executum: scilicet in dispositione statuti. Si enim aliter, vt verba eorum sonant, intelligerentur Angel. & Syluest. ubi supra, nullo casu posset verificari eorum opinio. Si quidem ex mandato ad delinquendum nemo iure obligatur, sicque illosorie loquerentur. Nec obstat, si velimus proprius intelligere eos iuxta Abb. & Bart. ubi supra, nempe in mandato facto procuratori, filio vel seruo proprio; hi namque iure tenentur parere domino vel patri respectiue, vt in l. pater. in fin. ff. de marum. v. v. dicit. & in l. 3. §. si procurator, ff. quod quisque iur. Quia tunc respondemus hoc procedere in licitis & honestis, vel in illis, quæ non cadunt in graue delictum, vt constat ex prædictis DD. tunc enim merito dicitur necessitate iuris, quod vere faciat ille, cuius mandato fit: at vero in mandato de homicidio vel alio graui delicto committendo, de quo nos agimus in præsentis questione, hoc nullo modo verificari potest, quandoquidem huiusmodi mandato procurator, filius nec seruus iure obligatur. Aut igitur verba Ange. & Syluest. impropianda sunt & intelligenda, vt prædiximus, vt eorum opinio saluetur, aut ipsi ea minus bene applicauerunt in proposito nostro, sed æquiuoce vsu lunt eis, quandoquidem in mandato de delinquendo grauius verificari nullo modo possunt, nempe quod mandatarius exsequatur mandatum necessitate iuris, si quidem nullo iure id præcipiente obligatur id facere, etiam si forte iuramento promiserit, quia in malis promissis fides non est adimplenda nec seruanda, & iuramentum contra bonos mores non fit obligatorium, vt in reg. iur. Itaque cum constet de intentione, quod prædicti auctores voluerint tenere hanc opin. dum loquuntur per dictionem aduersitiam superioribus. nempe: Sed ego dico, vel: Sed tu dic quod attribuetur in loco, ubi mandat, cetera verba restrictiua, scilicet, quando exsequens exequitur necessitate iuris aut intelligi debent prædicto primo modo, ratione præmissa, aut non sunt

apte posita in proposito: quidquid sit, siue ipsi teneant hanc opinio. nostam, vel secus, adhuc ipsam veriore censeo per supradicta.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici & religiosi delinquentes, confugientes ad Ecclesiam, an debeant immunitate ipsius gaudere in casibus, in quibus laici ea gaudent per totam quæst. ubi due opinionis fundantur, affirmatiua ex verior iure approbat.
- 2 Ea que limitatur quodam casu, n. 2.
- 3 Sed negatiua in praxi seruatur: ideo tenenda est, vt in num. 3.
- 4 Sed hac praxi quantum ad iudicem Ecclesiasticum intelligenda est, secum quoad iudicem laicum, vt in num. 4.

Q V Æ S T I O III.

In eandem l. 3.

Clerici vel religiosi delinquentes, confugientes ad Ecclesiam: an debeant gaudere immunitate ipsius in casibus, in quibus laici ea gaudent?

**Q**UÆRO tertio circa eandem nostram l. An clerici & religiosi delinquentes, confugientes ad Ecclesiam, gaudere debeant immunitate ipsius in casibus, in quibus laici gaudent, vel possint extrahi ab ea a suis Prelatis pro correctione & punitione criminum, que ipsi clerici & religiosi admiserint? Quæstio profecto latis contraacta inter nostros DD. iuris Pontificij est atque disputata, ideo breuiter ab ea me expediam, resoluendo nihilominus clare & distincte, quid sit tenendum in praxi, citando præterea omnes auctores, præcipue moderniores hac de re agentes.

Et primum inuenio, quod Abb. in c. inter alia, n. 13. de immun. Eccl. pluribus adductis fundamentis, quæ ipse reputat verissima (ego vero non concludentia) contra clericos & religiosos hanc quæst. decidit dicens, quod, hac immunitas non habet locum in eis, si iudex Ecclesiasticus causa disciplinae & non odij vult eos arceri in Ecclesia, punire & extrahere, vt daci faciat ad carcerem, tandem relinquit hac consuetudinem, quæ in hoc multum debet attendi. Eandem sententiam cum limitatione sequitur Ioan. Faber in l. 1. c. de his, qui ad Eccles. cõfug. prout eum refert Remig. de Goni. de immun. Eccles. fall. 2. n. 1. dicens, quod episcopus potest clericum extrahere ab Ecclesia pro penitentia iniungenda, sed non pro incarceratione, & quod pro penitentia iniungenda possit clericum ab Ecclesia extrahere vicarius episcopi, tenet idem Faber in §. 1. n. 4. Inst. de his, qui sunt sui vel alieni iur. Hanc etiam patem tenet Ioan. Barberius in suo iuris viatorio, n. 1. de violator. immunit. prout eum refert Boër. decis. 109. n. 3. Eandem indistinctè probant Ang. de Claua in sua summa, verb. immunitas, vers. 30. & Syluest. eodem verbo, el. 3. n. 2. vers. tertium. & hanc opinionem tenere alios refert Menchac. de success. creat. §. 22. num. 54.

Contrariam tamen sententiam, imo quod clerici immunitate Ecclesiæ gaudere debeant, & sic ab Ecclesia inuiti extrahi non possint, tenent quam plures alij auctores. Primum, quia Canonica loquuntur indistincte in omnibus, ergo non distinguere non debemus, vt in l. de pretio, cum simili. de public. in rem actio. Secundo, quia maior ratio est in clerico, vt in Ecclesia capi non possit quam

possit, quam in laico, cum Ecclesia quodammodo domus propria sit clericis: à domo autem propria aliquem capi prohibitum est, l. plerique, ff. de in ius vocand. l. nemo, ff. de reg. iur. Tertio, quoniam hoc priuilegium & immunitas, quod in Ecclesia nemo capi possit, est concessum templis, ergo habet locum in quolibet ibi repetito siue clerico, siue laico. Quibus & aliis fundamentis hanc opinionem probauit Card. in d. cap. inter alia, in 6. quæst. de immun. Eccles. ubi respondet fundamentis Abbatis, ibidem tenentis priorem opinionem, idem Cardin. in clem. 1. q. 7. num. 9. de penitent. & remiss. & lare Roman. cons. 234. & 227. & eam veriore de iure existimauit Ioan. Biccis in tract. de immun. Eccles. col. 1. & segg. Gulielm. Meyner. in d. l. nemo, de reg. iur. col. 1. Est dubius in hac quæst. Confitetur enim, dicta Abbatis procedere in clericis vel religiosi delinquentibus in Ecclesia, per c. si. de immunit. Eccles. super aliis vero relinquit sapientioribus, quid sit in illis iudicandum: Sed hanc secundam partem contra Abbat. testatur videri veriore & communiorem Bernard. Diaz. in pract. cri. c. 113. eam quoque sequi videtur Remigius de Goni. d. fall. 2. n. 1. ibi: Posset dici, & Couar. lib. 2. var. resol. cap. 20. num. 16. ubi refert Bernard. Diaz. ubi supra dicentem hanc opinionem magis communem esse: sed ipse Bernard. vitur verbo, Videatur, vt prædiximus. Communem etiam ex eodem dicit Villalob. in suo arario communium, lit. 1. n. 22. Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 30. in vers. solterius, & Azeued. hic n. 17. & in hac opinione videtur remanere, quandoquidem illam vltimo loco refert & ei non contradicere, Menchac. de success. creat. §. 22. n. 54. Et hanc in puncto iuris veriore tenent quoque & tenendam censeo.

Limitat tamen opinionem Bernard. Diaz. ubi supra, in casibus, in quibus clericus post degradationem tradendus esset curiæ sæculari, tunc enim aut extrahi non deberet, aut si extraheretur post degradationem & verbalem in sententia traditionem curiæ sæculari, ad Ecclesiam redendus esset, ubi tam diu solum immunitate gaudebit, quam diu in Ecclesia fuerit moratus, sicut & aliis contrigit facinorosis laicis. Sed contra hanc limitationem verius meo iudicio tenet Couar. ubi supra, quia in criminibus, quæ digna sunt degradatione & traditione iudici sæculari faciendâ, non obtinet immunitas Ecclesiasticum, vt ibi late probat. Hæc tamen quamuis ita se habeant, opinio Abb. quod clerici & religiosi minime gaudeant immunitate Ecclesiasticam pro suis criminibus & excessibus, sed quod à suis Prelatis possint inuiti ab eis extrahi, indistinctè seruatur secundum Remig. de Goni. d. fall. 2. n. 1. in fin. ubi affirmat, ita se vidisse praticari: idem fatetur Bernardus Diaz. ubi supra, dicens, quod consuetudo iam videtur recepisse, vt clerici à suis iudicibus extrahantur ab Ecclesiis, & D. Couar. ubi supra, eum referens dicens, quod consuetudine & moribus obtinuit secundum Bernard. Diaz. ubi supra, & idem eos referens Iul. Clar. ubi supra, nec non & Nauar. in Man. laim. c. 25. n. 22. dicens, Panormitanum in hoc esse vsu receptum. Idem etiam tenent Azeued. hic num. 17. & Villalob. d. num. 22. Denique addit Bernard. Diaz. ubi supra. Et ita est intepide tenendum in praxi, attento dicto vsu & consuetudine, de quo testantur præcitati auctores Hispani. Ego vero nunquam vidi clericorum aliquem hoc refragari nec contendere, gaudere se debere immunitate Ecclesiæ, forte quod sciant præcipuum commune & consuetudinem notoriam præ-

dictam huius regni: sicque amplius de ea non erit dubitandum: Consuetudo enim in opinionibus plurimum valet, præcipue in specie nostra, in qua id nuncupatum Doctores fatentur. Hæc tamen communis praxis & consuetudo intelligi debet tantum quoad iudicem Ecclesiasticum, non autem quoad sæcularem; is namque minime poterit ab Ecclesia extrahere clericum in minoribus constitutum, etiam ob delictum, licet quoad illud post Concil. Trident. sess. 26. c. 3. habeat in eum iurisdictionem, vt recte existimauit Nauar. ubi supra, d. n. 22. quem sequitur additio Bernard. Diaz. ubi supra. Et ita video quotidie obseruari in hac ciuitate Ciuitaten. ubi clerici in minoribus constituti delinquentes, etiam si è manibus familie iudicis sæcularis se eripiant prope Ecclesiam, ad illam confugientes non extrahuntur inuiti, neque iudices sæculares de hoc dubitant, quandoquidem eos non extrahunt, sed imo sinunt eos ibidem libere remanere.

S V M M A R I A.

- 1 Fabricator falsæ monetæ an gaudeat immunitate Ecclesiæ per totam quæst.
- 2 Publicu latro immunitate Ecclesiæ non gaudet.
- 3 Fabricator falsæ monetæ igne concremat.
- 4 Hæc tamen pena, cum publicatione omnium bonorum, tantum habet locum iure communi in fabricante falsam monetam Imperatoris, secus in aliis, in quibus pena vltimè supplicij simpliciter locum habet.
- 5 Hodie tamen iure Regio indistinctè fabricans falsam monetam Imperatoris vel Regis subicitur igne cremari.
- 6 Et amittit etiam medietatem bonorum.
- 7 Fabricator falsæ monetæ committit non solum aleæ, sed etiam traycon contra persona del Rey.
- 8 Proditor non gaudet immunitate Ecclesiæ.
- 9 Reus criminis læsa maiestatis non videtur gaudere immunitate Ecclesiæ, sed contrarium n. 17.
- 10 Fabricans falsam monetam, immunitate Ecclesiæ gaudet, & ita fuit pronuntiatum in Regali Cancellaria Vallisoletani casu occurrenti in praxi, vt in n. 18.
- 11 Violator immunitatis Ecclesiæ debet excommunicari & condemnari pecuniariter, & imponi sibi publica penitentia.
- 12 Committens quantumcumque grauisimum delictum, regulariter gaudet immunitate Ecclesiastica.
- 13 Habens regulam pro se, habet intentionem suam fundatam.
- 14 Secundum regulam pronuntiatum est, nisi contrarium probetur.
- 15 Idque procedit in reuocatio immunitatis Ecclesiæ.
- 16 Falsarius non inuenitur iure priuatus immunitate Ecclesiæ.
- 17 Hæreticus & blasphemus non gaudet immunitate Ecclesiæ.

Q V Æ S T I O IV.

In eandem l.

Fabricator falsæ monetæ an gaudeat immunitate Ecclesiæ.

**Q**UÆRO quarto circa eandem legem de optima questione, t ab aliis, quod sciam, intacta, saltem in specie, quam vidi in praxi versari: an fabricator